Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift



apostolatū segregati. Et uenerunt. & impleuerunt ambas nauicu
las. ita. ut mergerent. Harū implecio nauiū. usq; in finē scli
crescit; sed qd̄ implete merguntur. hoc ē in subuersione p̄muntur. n̄
enī subuerse. s; tam̄ sunt p̄iclitate. apls exponit dicens. In nouis
simis dieb̄. erunt tēpora periculosa. & erunt homines se ipsos aman
tes. & cetera. Nā mergi naues ē. homines in sclm ex quo eleuati p
fidē fuerant morū prauitate relabi. quales & ipse petrus ad huc
in infirmitate positus hoc loco demonstrat; unde & sequitur.
Qd̄ cū uideret symon petrus. p̄cidit ad genua ihu dicens. Exi a
me. quia homo peccator sū dn̄e. Quia carnales quiq; in scā eccla
regimen spiritaliū in quib̄ maxime xp̄i p̄sona eminet a se qd̄a m̄
repellunt. Non enī hoc uoce lingue dicunt bonis ministris dī. ut
eos a se repellant. s; uoce morū & actuū suoꝝ. suadent a se recedere
ne p bonos regantur. & eo uehemētius quo deferunt eis honorē fac
tis suis a se recedere admonent. ut honorificenciā eoꝝ. significauerat
petrus cadens ad pedes dn̄i. mores aū in eo qd̄ ait. exi a me dn̄e. q̄a
homo peccator sū. Qd̄ tam̄ quia n̄ fecit dn̄s. n̄ enī recessit ab eis. s;
eos subductis nauib̄. ad litus p̄duxit. significat in bonis & spirita
lib̄. uiris n̄ oportere eē hanc uoluntatē. ut peccatis turbarū cōmoti.
quasi securius tranquillius q; uiuant. ac munus ecclesiasticū deserant.
Sed petrū intellegere debemus n̄ rogare ut desereretur. sed ne infla
retur. quia custos uirtutū humilitas eē noscit̄. p quā & hostis nr̄
uictus nos liberati sumus. Et ait ihc ad symonē. Noli timere. ex